



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

De iustis: & quòd Dominus eos custodiat. cap. vi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

D. IOANN. DAMASCENI

monit inter pocula laudes ipsius celebrare.

Mensa, in qua nulla Dei memoria adhibetur, à brutorum stabulo nil differt.

F

*Ad ea Rei  
expers nil  
à stabulo  
differt.*

*De iustis: & quod Dominus eos custodiat.*

C A P. VI.

Iob. 36.

ON recedit à iusto oculus eius: & colligabit eos in victoria, & exaltabuntur.

Psal. 32.  
33.



Ecce oculi Domini super metuentes eum, & in eis qui sperant in misericordia eius. Clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos, &c.

36. 144.

Multæ tribulationes iustorum: & de omnibus iis liberabit eos Dominus. Custodit Dominus omnia ossa eorum: vnum ex his non conteretur.

G

Pro. 3. 15.  
10.  
11.

Salus autem iustorum à Domino. Sustentat iustos Dominus. Custodit Dominus omnes diligentes se.

Esa. 43.

Habitacula iustorum benedicuntur. Domus iustorum benedicitur. Dominus iustorum fortitudo multa. Benedictio Domini super caput iusti. Lætitia cum iustis moratur. Lux iustis in perpetuum. Iusti faciunt in diuinitate annos multos. Iustus in lætitia & oblatione erit. Iustus ex laqueo evadit: traditur autem pro eo impius.

H

2. Pet. 2.

Noli timere, quia redemi te, & vocavi te nomine tuo. Cùm traheris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te. Cùm ambulaueris in igne, non comburaris, & flamma non ardebit in te.

Didymi.

Iusti quoque in multis calamitates incident. Verum illæ flagella non sunt, quod eas non ob peccata sustineant.

*Quod mors iustorum pretiosa sit apud Deum.*

C A P. VII.

Num. 23.

O R I A T V R anima mea morte iustorum.

Psal. 115.

Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius.

Pro. 10.

Memoria iusti cum laudibus. In laudatione iusti delectabuntur populi multi.

Esa. 57.

A facie iniusti sublatus est iustus: & erit in pace sepultura eius.

Cyrill.

Sanctorum urnas honoramus, ac velut in præclarissime ipsorum virtutis magnitudine nisque animi præmium & mercede, nunquam inter morientem ipsi memoriæ repudimus.

Basilien.

Viros sanctos fidem seruantes honore afficimus, & eos, qui fortitudinis doctibus tanquam coronis quibusdam præclare redimiti sunt, quique ad extremum usque spiritum dimicarunt, & pro Christi religione martyrium obierunt, ac per præclaras facinoras pietatis causa edita nomen suum illustrarunt.

Psal. 29.

Qui martyris ossa contingit, ex ea, quæ corpori insidet, gratia sanctitatis cuiusdam particeps efficitur. Pretiosa est itaque in conspectu Domini mors sanctorum eius.

K

Psal. 115.

*De discrimine Dei & hominum: & quod multum intersit, peccatum quipiam in Deum, an in homines.*

C A P. VIII.

1. Reg. 2.



ELIT autem erat senex valde, & audierat quæ faciebant filii sui filii Israël: & dixit eis, Quare facitis res huiusmodi, quas ego audio, res pessimæ, ab omni populo? Nolite filij mei: non enim est bona fama quam audio, vt transgredi faciatis populum Domini. Si peccauerit vir in virum, placari ei potest Deus: si autem in Dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo?

Quærere